



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

DISPUTATIO PHILOSOPHICA

19

DE RERUM NATURALIUM
PRODVCTIONIBVS.

QVAM IN CELEBRI, ET
CATHOLICA DILINGANA
UNIVERSITATE

P R A E S I D E

THOMA ANREITER SOCIE-
TATIS IESV, PHILOSO-
PHIÆ PROFESSORE
ORDINARIO,
PVBLICE PROPONENT

F. MICHAEL GÖZ,
F. BERNARDVS RHELINGER,
F. ERNESTVS SCHMIDTER,
IN MONASTERIO CÆSARI-
EN. S. ORDINEM CISTERC.
PROFESSI PHILOSOPHIÆ
BACCALAVREI METAB.
PHYS. STUDIOSI.

D I L I N G A E
ANNO CHRISTI M. DC. XXIV.

Cum Facultate Superiorum.

Ex Academicis Formis

Apud V DALRICVM R E M.

AD MODUM REVERENDO
PRAESVLI, RELIGIOSISSIMO IN CHRI-
STO PATRI, AC DOMINO, DOMINO
IOANNI, CELEBERI
RIMI MONASTERII CÆSARIEN-
SIS ABBATI AMPLISSIMO &c.

Intra spatiis ferentibus propositis ab aliis, non modicum
reverendus est amplissimus fratralis, dum modicam amorem
sapientia, quod Philosophia sonat, quam ipsi dedicas
operam Sapientia sine sophia. Ex hac patrem diligenter
dum in libato ruroribus ingentioram producendam: ea
vero triplex hoc loci visatur, de Creatione, de Generatione, de Con-
uersione. Opportunum argumentum, nobis offerendi; Tibi accipiendo.
Quid enim? nonne te predicti sumus, & pollicimur quidem quam ab
illis pareribus? Nam si anima rationalis, non nisi per Creationem
deus posset, tu nobis veluti Codificator es, cum animos vere compotes ra-
tionis tuobenficiis accepimus: quandoque liberaliter bisse disciplinis
curans istos suosque: ac multa vorine vita in scripto Religiosos:
quosque quarationis magistras, ypedebem humanis uixit ait. Di-
uinis relictis uniceq; uis licer, animaq; verae rationalis euadis. Tu pre-
terea nobis genitores & parentes quando corpora: animorum ruinosa:
dominichia tua oblatitate, prævidentia, curau, opemno paternas suspen-
sas: semper denoscis, semper liberalis, ut mille pauperum lingue, mul-
tilloquus effluer, que te patrem agnoscant. Tertium in te sum partie
ficiens de Conuersione, & hanc Tibi debet quae quando nos religio-
sissima pessimaq; industria vero homines, & hoc nomine di-
gnos condicere laboras: Et deinde propria conuersio: qua quid repu-
diari mundi vanitatibus ad DEVM AT Principiam suum Finemq;
convertitur. Huc ita monies sapientiam spectans, bene sanctiones
meas ex Dini BEATAE MARIAE norma, utrūcunq; exemplum clarissi-
mum, quo prais & laudes, non nobis dantur sed sacre Ordini nostre
universo. Quadporroq; ad Gloriam Dei eternam prægustare me fa-
cere possum, multos tibi, ac distinco favore proponentes & referentes amos ap-
preceperunt. Diluga 20. Aprilis, anno D. MDC. XXIII. V. I. P.

Admodum Reverenda Amplitudinis tua:

Filiorum in Christo infimes.

F. Michael Gör

B. Bernardus Bechinger

E. Ernestus Schmudec.

DISPUTATIO PHILOSOPHICA
De
R E R V M N A T V.
R A L I V M
P R O D V C T I O N I B V S.

Res naturales produci possunt non uno, sed variis modis. In hac disputatione tres nonnihil considerabimus; Creationem videlicet; Generationem; Conuercionem; que sunt productio-nes admodum generales, lateq; fundan-tur: Nam vel ad substantias terminan-tur, vel ad accidentia; idemque multiplici ratione, prout en-sunt in hoc universo admiranda quadam diversitas postulat. Capit hic I. erit de Creatione. II. de Generatione. III. de Conuersione.

C A P V T P R I M V M
De
C R E A T I O N E.

I.

Res a **P**remio esse suo constituit independenter à subiecto sporestq; per eam produci vel substantia vel accidentia, tametsi nihil penitus antea fuerit. Sic condita est à Deo corporum naturálium materia sic effici potest, quæ ex ipsa alioquin emanat, quan-titas &c. è quibus deinde tanquam subiectis quibusdam, educi quæ euantia permulta alia, cum generationes naturales accesse-ant, quæ fundamentum alijs modis veluti basis ipsa subiecta re-quirunt.

¶ I.I. Actio creativa cum respuat subiectum in ipsius potestate quia sit ex nullo praesupposito subiecto, difficultatem aliquam parit, quomodo sit accidentis: de essentia enim accidentis videtur postulare subiectum in hæsisnis. Sed de substantia in primis effectione, sive causam quo ad entitatem suam substantialis dicatur, res inexpedita est. De creatione autem accidentali dicendum videtur, dupliciter sumi posse inherentiam, uno modo spiritus pro dependentia à subiecto diuersi generis; altero autem latus pro dependentia à re diuersi generis sive tanquam subiecto, sive tanquam modificato: qua quidem ratione statui potest, eam esse de essentia accidentis incomunis.

I.I.I. Creari possunt à Deo illa etiam quæ ab oquin è potentia materiæ educuntur, sive formæ substantiales corpororum, formæ plantarum, prime qualitates calor, frigoris, &c. Imo de facto per creatio hæc conservatur quantitas in mysterio sacerdotiale Eucharistie, quæ à materia panis aut vinitaria dependebat. Probabiliter etiam creari possunt rotum compositum physicum, quod constat scilicet materia, forma, & visione; cum unio, licet separatio, existeret non possit, non debet tam necesse aliquid exterrit respicere, ut subiectu, à quo in genere causa materialis dependeat, sed satis sit, si respiciat ut terminum, quem etiam copularat.

¶ IV. Ea quæ per creationem naturaliter efficiuntur, non videntur posse per viam potestatem, de materiæ potentia educi: quod de Angelis quidem & materia prima corporum naturalium patet: Nam aliquid ex subiecto producitur, debet afficer subiectu, ut aliqua forma; quod nec Angelus potest, nec materia: Angelus enim est substantia quadam completa: materia autem tametsi sit incompleta, est tamen ipsa primum subiectum pro recipiendis formis innumeris; adeoq; non potest esse forma alterius subiecti: alias enim non erit eadem ratio & conceptus materiæ.

V. De anima Rationali, quod generatione possit, sic probatur: Non enim continetur in potentia materiæ, vel naturali, vel obedientiali. Si enim factum in obedientiali concineretur, tunc licet ab agente naturali produci non posset, tamen ipsa ex natura sua deponeret à materia, sicut dependent habens insulæ, qui de potentia obedientiali subiecti proficiuntur, adeoq; anima esse materialis non spiritualis. Præterquam quod, si generari posseret anima, ex via instrumenti actionis eductiva corruptibile etiam foret, & vel materia

PRODUCTIONIBVS.

velynione destruta periret. Accedit; quia quod aliquis res natura-
sa generabilis etiam per creationem produci queat causa est; quod
creatio sit actio sublimioris ordinis. & in modo existendi produ-
ducendi; nobilior; quia velut eminenter & virtute continet effectus; ad
qui est ab actione minus praestante; hoc est a generatione produci-
bilis; et generatio est iuxta se cognobilior; & saltem in modo exis-
tendi imperfectior; quam creatio; quippe a subiecto necessariode-
pendens; ac paoide non videtur posse contingere; rem naturam
per creationem proscriptibilem.

V. L. Ad creationem probabile est posse Deum assumere crea-
tam; ut instrumentum; ut effectus scilicet & a Deo dependeat; & a
creatura. Ab hac quidem; sanquata a causa instrumentalis eleuata;
ab illo autem; sanqua a causa principiante operante; vbi tamen ibi en-
titatis nova superaddit de beni instrumento; ut ab ipsa acta effectus ex-
iuscemodi excedat pro sedere possit. Sic aliquipmact defacto ho-
manitate Christi instrumentaliter concurreat ad cōfervandam sa-
me subiecto quantitatem Eucharisticam; quod quidem per actio-
nem aliquam creativam accidit.

CARTA SECUNDVM

De GENERATIONE.

GENERALITATE.

QUESTIONES.

ANSWERES.

CENTERAT locata in trachea fine sua nihil est aliud;
quam actio quedam factio. quae res dependet in
subiecto producitur. Ea vel substantialis est. vel acci-
dentalis; per hanc educitur accidentis per illam sub-
stantiam. Neutratenet necessaria debet esse materia
ante quam scilicet aliter se habuerit subiectum. Materia enim est
v.g. Empyrei eodem instanti quo condita est; & formam substan-
tialē suscepit. & quantitatem sibi coequam. Vixit proinde tunc
substantialis tum accidentalis vera generatio; cum utraq; illa forma
de potentia materie sit educata.

VIII. Generatio substantialis prout est transmutatio; &
ordinatio in cursu Naturae fieri solet, describitur ab Aristotele; Mu-
tatio

ratio rationis est totum, nullo sensibili remanente ut subiecto eodem. Sic enim inveneratur subiectum, ut generatione peracta non sit amplius idem, scilicet simpliciter & substantialiter: Nam cum sic ignis est ligno, hoc manet amplius lignum: unde nec id, quod principaliter denominatione dicatur sensibile, & idem omnino subiectum; cum tamen in accidentaliter aliqua mutatione maneat idem quoad materiam & formam.

I. X. Per rationem in proposita definitione Aristoteli intelligi potest termen *essentiale*, cuiusmodi sunt etiam partes integrates; unde ex illis quoque generari aliquid substantialiter dicitur; ut cum in ignem vertitur palmaris aliquis ligni decempedalis. Non erit autem generatio hic descripta, si in materiam audam, ignis qui applicatur, formam substantialiter induat; licet enim de vera educio de vera mutatione circaatur, hanc tamen non erit ratione in ratione: quippe cum nullum totum praextiterit, sed materia duxit, que forma aliquas substantialiter carebat.

X. Cum sit generatio aliqua substantialis, & mutatio unius compositi in aliud manifestum est quaedam *accidentia* non manentes in subiecto, sed perire; ut sunt videlicet proprietates, & que repugnant *specie geniti*. Quodam tamen adhuc remaneat indecoq; non datur resolutione omnium formarum accidentiarum usque ad materiam primam. Nam accidentia materialia absolute videntur inherere materiæ media quantitate; adeoque cum aliqua, nec introductis contrariis sint expulsa, nec tanquam proprietates à forma dependeant, non debent in transmutatione perire. Et vero aliqui ex aliis qui putant accidentia pendere à solo composite, tanquam ad æquato subiecto, dicere tamen possent, à subsequente forma servari; sicut & docent, tandem numero materiam in variis generationibus perseverare, tametsi ita dependeat à forma substantiali, ut sine ea existere non possit: rati nimis totam inde materiæ existentiam desumit.

X. I. Generationis substantialis quædam species est etiam *Mixtio*, quæ describitur à Philosopho, *miscibilium alterorum* nomine. Hæc enim dicit introductionem formæ certæ, aimirum mixtis cum miscibili alterata conuenerunt; unde & patere potest, repetiri in mixtione quatuor fere actiones; puta *coniunctionem* localem miscibilium: *alterationem* illorum mutuam; *divisionem* particularum materiarum: & *productio* new formæ mixtæ quibus dux posteriores essentia-

PRUDCTIONIBVS.

Generaliter requiruntur ad mixtionem. Mixtio autem impropria quedam est, cum unum mixtam mutatur in alterum, & potius mixti tantummodo generatio: cum e pane &c. sit sanguis, e frumento vermis &c. non enim postulat miscibilia; freue mixtio proprie dicitur.

XII. Ad hanc portu generationis specie: exigit Aristoteles aliquot conditiones; una est ut miscibilia in unicem habeant actionem et passum, adeoque contraria. Hinc duobus quod tres eiusdem speciei ob defectum contrarietatis non possunt propriam misceri. Eti: spicile bus vini conservari affunderetur, vinum non conseratum eiusdem speciei, quantumvis in quantitate sanguis tamen Christi substantia speciebus pertinueret; cum tandem maneat, quantum alioqui forma vini maneficeret, que sunt in proprie: non efficeret, cum vauum vini ab altero eiusdem speciei non corruptatur. Altera conditio est, ut miscibilia diuidi queant in minutissimas partes: sic enim mox velique conficitur.

XIII. Alia quedam conditio facile intelligitur e definitione mixtionis, quod se habeat que miscenter; neque omnino debet esse debeat, neque omnino habere. Variatur enim inter se miscibilitas, quoniam iam formae substantiales omnino cedere videntur formae mixtiae, & naturae rarae remanere. Proportio autem debita utique in huiusmodi generatione defessa non debet: si enim vaux aliquod minus excederet, alterum transmutaret in se potius: neque fieret debitum mixto temperamento. Sic si guttula aquae plurimo vino dilutatur, probabilitas in vitrum conservatur, & nulla sit mixtio: quam etiam opinionem communiter supponere videntur Theologici, cum querunt an in consecratione calicis, aqua sonum in vitrum conuersa, in sanguinem rationem Christi conuertatur, sicut ipsa vinunt.

XIV. Generatio accidentalis, que ad accidentem terminatur, scilicet per se, & pro vario proinde recthino varians etiam apud philosophos definitionem fertur. Alia enim dicitur Alteratio: alia Augmentationis, alia Latitudo: &c. Et secundum dicitur sole primum & rotundatum accidentatum, ut qualiter in quantitate et relatione sit, ubi sit, &c. & possunt de etiam esse creatione, adeoque independentes a subiecto: quoniam non semper a termino, ut in modisibus accidere: huiusmodi enim res cum altero aliquo coniungi posculant, sed accipi tamen solent productiones iste, prout eductae sunt.

Sicut & terminorum à materia dependentiam dicant: sicuti scilicet semper in rerum natura ponitur accidentia.

XV. Inter accidentes generationes potissima fere est Alteratio, quæ ad qualitatem datur: per hanc enim perpetuus confertur in rebus naturalibus, per hanc tam manifestaz multæque mutationes &c. Non est autem necesse ut omnis alteratio sic successiva & continua, sed vel instanti peragi potest, vel interrupta: nam cum aëris e.g. illuminatur ad tantum spatiis quoniam aliquod luminosum sua virtute simul potest attingere, est quidem continua illuminatio (quippe cunctæ omnes partes inter se unæ, sicut & partes producunt lumen) non est tamen successiva: concinuitas autem mutationis partibus negligi potest, adroq; permanentib; alteratio distinguuntur. Cum Aristoteles negavit aliquid alterari a se esse certum, voluit solum res non mutari perpetuo: siue absque intentio polita aliqua quiete.

XVI. Alterationis celebris quedam species est intensio, per quam Qualitas eadem in eadem parte subiecti perficitur. Connotat igitur intensio similem formam praexistens, quæ perficiatur: quod non exigit alteratio in communis considerata: est enim hec simpliciter productio qualitatis. Cum autem naturaliter sentire, nō derur gradus aliquis qualitatis, qui sit omnino indubitate, sic neque illa quantitatis pars, quæ in aliis aliasq; secundum extensionem distribui non possit, quartetur, utrum cum primo producatur eiusmodi qualitas, dicenda sit illa aëgio, invenientur potius intensio qualitatis productio? Sed respondet quod si modis aliquant efficiuntur effectus & ceteratius posteriori modo designari.

XVII. Cum haec intensio qualitatis eadem parte subiecti distingui facile potest ab extensione: in hac enim diversæ partes qualitatis è diversis partibus subiecti educuntur & uniuacur; in intentione autem non sufficit qualibet pars ratio, qualitas in unum in eadem parte subiecti coniunctio: sed debent habere naturalem quandam aptitudinem ut inter se possint uniti & una alterari, cum ijslibi super adductionem perfectiorem reddere etiam in ordine ad subiectum, quod efficaciorem deinde acquirat operationem, vel sicutem perfectiorem effectum formalem, licet diuinus etiam extra subiectum produci queat talie quedam qualitas, quæ naturaliter effici postulares, secundum omnes artifices suas partes ex eadem parte subiecti, &c.

XVIII. Enci-

XVIII. Entitates istæ partiales , sive gradus qualitatis , vt vocant, qui in intensione sibi inuicem adduntur, videntur esse eiusdem rationis inter se, non autem ita heterogenei, vt semper posterior superet perfectione priorem , eumq; supponat, nec quemlibet oppositum pellat, sed certum duntaxat , v.g. octauum caloris primum frigoris. septimus frigoris secundum caloris, &c. Nam si detur subiectum aliquod calidum vt octo , itemque alterum frigidum vt duo , & agant deinde postremi quatuor caloris in primos quatuor frigoris ; & vicissim reagent postremi frigoris in primos caloribus, poserunt in utroque subiecto remanere gradus superiores absque inferioribus, quod vtq; negant aduersarii. propter subordinationem suam, quam statuunt. Cur autem nō octauus caloris æque possit pellere primum frigoris , quam primum caloris octauum frigoris, cum æque oppositionem habeant, & vicissim? &c. Probabilius est igitur, quoad perfectionem entitatium omnes esse similes gradus, adeoque primum æqualem octauo , eumque qui octauo loco introducitur in materiam , posse introduci primo , & pellere contrarium octauum &c.

XIX. Habent portò gradus isti intensiui sua etiam indubbia quædam , quæ compleant & terminent , quæ tamen quo ad extensionem possunt esse diuisibilia : nam cum calor vt sex per tabulam aliquam palmarem extenditur, indiuisibilia quoque gradus illos connectentia parimodo magnitudineque funduntur: quando autem punctum duntaxat aut linea in illa tabula palmari intenditur, tum quæ sunt indiuisibilia intensionis, sunt etiam indiuisibilia quoad extensionem nullam enim distributionem patitur subiectū, secundum eam quidem rationem, secundum quam est indiuisibile, vt linea secundum latitudinem & profunditatem, punctum secundum trinam omnino dimensionem. &c. Ipsæ alioqui partes diuisibiles intensiue, puta toti sex gradus caloris , possunt esse in puncto aliquo. vel linea indiuisibiles extensiue.

XX. In remissione eadem qualitas in eadem parte subiecti minuitur, per detractionem videlicet gradus à gradu, vt in his adeo duabus mutationibus intensione videlicet & Remissione, natura penitus arithmeticas sit, in hac enim fabirabit, in illa gradum addit ad gradum. Quod si terminus ad quem remissionis dependeat in conservari ab agente remittente , censeri potest inter actiones aquisiervas: nam quando lumen v.g. remittitur in aëre à sole paulatim

tim discedente, cum cum gradus illi pauciores luminis in consuauatione pendeant à sole ab eodem sancè verè & positiuè producumur; vt de cùm terminus ad quem positius habeatur; quid ni & actio? Alteriter aliás contingit, si terminus ad quem remissionis ab agente non consueretur: cum enim in aqua v.g. calefacta forma substantialis aquae per frigoris emanationem remittit calorem, datur quidem aeterno quādam positiva ipsa nimirū frigefactio, quod patet sed hæc utique non ad calorem terminatur, adeoque non habet rationem remissionis acquisitiue caloris, &c.

X XI. Ad alterationem perinet etiam rarefactione & condensatio. Rarefactione enim videtur esse productio talis qualitatis, cu[m] quantitatatem ex natura sua competit terminare ad maiorem extensionem, masusq[ue] spatium occupandum. Condensatio autem productio talis qualitatis, cui ex natura sua competit determinate quantitatem ad minorem extensionem, minusq[ue] spatium occupandum: Vbi proinde & sub magnis demensionibus parum erit materia, & sub prauis multum: nam per rarefactionem parua v.g. lactis portio, magnum locum obtinere potest; per condensationem autem exiguum. Intellige porro cum hic quantitatam audis & materiam, quidquid etiam per suas partes maioribus aut minoribus dimensionibus sustinere potest; tamen istæ non sint verè propriæq[ue] quantitatibus; Si enī res aliqua quantitate vera careret, posset nihilominus rarefieri & condensari; itemque si quantitas esset sine materia: nam & species Eucharisticæ raritatem ac densitatem accipere queunt: vt fit nonnunquam in sacro calice; vbi tamen nulla est materia prima substituta, &c.

XXII. Possunt autem per absolu[t]am Dei potentiam quantitas & materia in ordine etiam ad locum extendi, sine raritate & densitate; cur enim maximè quantitas à naturali suarum partium proprietate discedat? Possunt item raritas & densitas in infinitum à Deo intendi & remitti; vbi guttula aquæ v.g. insigniter condensata, plus poterit habere materia & quantitatis, quam eiusdem aquæ globus ingens, cuius diameter sit decem cubitorum, &c. Sic uti de facto plura puncta materialia & plura quantitatua &c continet in se exigua quædā auri massa, quam aeris multo maior & amplior portio. Cæterum densitas tametsi quo est remissior, cum ampliori spacio consistere queat, nunquam tamen sit raritas, pari quoque ratione raritas, tametsi, cum est multum remissa, minus omnino spa-

non spatiū requirat, nunquam tamen in densitatem euadit. Actuallis autem quædam extensio, non est essentialis raritati & densitati, sed tollipotest, non secus atque ab ipsa quantitate: vnde & in corpore Christi sub venerabili Sacramento, dacent esse adhuc raritatem & densitatem partium: adeoque oīla v.g. esse densiora, quam sit sanguis, & sanguinem densorem, quam sint spiritus animales, &c.

XIII. Generatio quædam accidentalis censetur etiam Augmentatio, quæ est ad quantitatem: in qua tamen non debet produci quantitas de novo, sed vno duntaxat quantitatis aduenientis cum quantitate eius, quod augetur. Nam hæc entitas est coœua materia, proindeq; supponitur in aliquo; sicut & in generatione hominis non est necesse produci terminum ad quem principalem, id est animam, sed eam per creationem iam præsuppositam cum materia tantum coniungi. Quemadmodum igitur terminus ad quem proximus & qui ut quo immediate fit per generationem substantiali, est vno substantialis formæ cum materia, ita etiam proportionaliter in augmentatione terminus ad quem proximas, est vno accidentalis quantitatis, quæ superuenire debet ei quod augetur.

XIV. De diminutione autem idem ferè dici potest, quod supra de remissione qualitatis; sicut enim illa, quando fit cum productione pauciorum graduum in eodem subiecto, est actio quædam acquisitiua, quando autem fit cum detractiōne, est tantum negativa; sic etiam quando & quatenus per diminutionem precise decerpitur quantitas est solum actio negativa, & destructiōnionis &c. Quando autem adiungitur aliqua quantitas, quæ sit minor, quam fuerit ea, quæ in homine v.g. post annos consistentiæ per calorem naturalem resoluta & perdetita, vera est & positiva mutatio; de qua etiam augmentatio generationis simpliciter, prout est videlicet ad quantitas duntaxat, essentialiter prædicari potest.

XV. Per eam accidentalem & reductiua actionem, quæ Lysis dicuntur, seu motus localis, producitur, ubi, quod intrinsecum appellant; & per quod res formaliter est, & dicitur esse alicubi. Abstrahuit autem ab omni loco & superficie extrinsecus adiacente; estque proprius omnino terminus locationis: cum enim hæc esse nequeat sine termino producto, aliusei terminus per se non poterit ascribi, quam hoc ubi nam & in vacuo motus localis fieri potest.

neque tamen ibi nullus acquiritur aut deseritur locus extrinsecus, ut ex vacui conceptu patet. Cum porro duplex sit ubi; circumscriptum scilicet quod i rebus corporeis; & definitum, quod rebus spiritualibus, aut spirituali modo existentibus competit; utrumque per motum localem acquiri poterit; prout nimirum in subiecto vel corporeo, vel spirituali fuerit.

CAPUT TERTIVM De

CONVERSSIONE.

XXVI.

Et varias Conuersioneis species multa entia in rerum natura constitui possunt & solent. Sed quae ad conuersationem requirantur, ex communione verborum vni, modoq; loquendi habemus. Primum igitur est, ut sint duæ res positivæ quarum una in alteram vertatur, & una sit terminus à quo, altera autem sit terminus ad quem, ut cum per aliquam combustionem lignum conuertitur in ignem sic erit aliquid discrimen, quo differat conuersio à creatione & corruptione simplici. Nam in creatione quidem non requiritur terminus à quo positivus, cum in primis mundi exordio nulla esset praæexistente creatio sicut v.g. Angeli. In corruptione autem terminus ad quem est nihil ex vi enim illius nihil consequitur. Hinc non solemus dicere per creationem nihil conuerti in anima rationalem; vel per corruptionem animal conuerti in mortem, aut nihil.

X X V I I . Alterum est ut terminus à quo substantialiter pereat (si quidem sit substantia) vel quo ad entitatem totam; vel certe quo ad formam: sic cum terra v.g. mutatur in ignem perdit formam terræ; cum panis conuertitur in corpus Christi, perit & materia & forma panis. Si quid autem alterum locum solummodo deppellat, non sit conuersio; Quis aërem in vinum conuerti dicat, cum ille è poculo vitreo per vitrum infusum extuditur. Vnde non videtur sufficere, quod aliqui putant: ut terminus à quo alio discedat, dico et non pereat sicut nec manere debet in eodem subiecto. Nam si Deus conser-

conseruatà formà ligni , poneret in eo etiam formam ignis , non cerneretur lignum in ignem conuersti.

X X V I I I . Requiritur *preserea* ad conuersionem ut terminus à quo non totaliter pereat , puta quoad omnem omnino substancialiam atq; etiam accidentia ; sed aliquid solum accidentale relinquat pro termino ad quem. Nam si è vomere gladium facias , dicitur quidem ille in gladium conuersus , non autem si vomerem penitus abiicias ; & gladium aliunde tibi compares , &c. sic in S. Eucharistia tam si non maneat panis aut vini substantia , remanet tamen quantitas multis accidentibus sensibilibus instructa , quæ peculiai quodam ratione corpori , aut sanguini Christi iunguntur. Quod vero definitio in termino à quo defineris debet obrepugnantiam quandam , & incompossibilitatem termini ad quem ; ita ut vel ex natura propria , vel ex presentibus circumstantiis &c. compati se non possint.

X X I X . Denique requiritur ad conuersionem ut terminus ad quem aliter se habeat ; quam prius , in ordine ad illud tertium ; adeoque acciderit aliqua realis mutatio , sive in termino ad quem siue in illo tertio , sicut in utroque ostendit mysterium S. Eucharistie . Corpus enim Christi nouum inuisibiliter existendi modum , & presentiam acquirit. Accidentia autem nouum aliquem nerum ad corpus Christi consequuntur. Prius tamen non absolute necessarium aiunt ad conuersionem ; adeoque si Christus penetratiè fuisset cù pane , qui per verba deinde consecrationis desisset , fuisse nihilominus sine mutatione ipsis , vera quædam conuersio.

X X X . Ex his patet generationem maximè substantialem , prout secundum naturæ leges , & ordinem peragi solet , esse conuersionem quandam , cum omnes ad sint conditiones ; alias autem utiq. latius extenditur conuersio. Fieri enim potest , ut ad positionem termini ad quem tota substantia a termini à quo pereat , etiam quoad materialia , cuiusquidem genere conuersio fit , ut diximus , in mysterio S. Eucharistie , ubi dum non sit materia tanquam subiectum aliquid commune , manifestum est non posse contingere generationem. Dicitur autem eiusmodi conuersio peculiari quædam appellatione *transubstantatio* ; licet hoc nomen etiam usurpare queant , modo uterque terminus sit substantia. Simile quid esset , si per diuinam potentiam conueteretur aliquis v.g. lapis in Angelum ; manentibus in eo dispositionibus lapidis , sine quibus alioqui lapidi pereundum esset.

X X X I. Conuersio quæ in generationibus naturalibus accidit, cum formæ duntaxat definantur, ut cum lignum mutatur in ignem; dicitur à S. Thoma *formalis*: qualis tamen non est propriè, cum ex homine corrupto sit serpens; forma enim hominis simplicer esse nō definit, sed tantū eius vnio: unde est quidem conuersio totius compositi in aliud, sed non formæ in formam; adeoq; sit tantummodo simplex quedam, cum in cæteris conuersio quasi duplex; videlicet compositi in compositum, & simul etiam formæ in formam reperiatur. Quod si generationem substantialem species secundum suam duntaxat essentiam, non debebit esse conuersio. Generatio enim eiusmodi non requirit terminum à quo positiuū, qui definat, seu, quod idem est, aliqua forma in materia præcesserit; qua definiente alia sequatur; sed sufficit si materia nuda ponatur, è qua deinde per actionem aliquam educiatuam formæ substantia efficiatur.

X X X I I. Ut conuersio *substantialis* dicatur, videtur sufficere, si terminus in quem sit conuersio, sit substantia; siue deinde terminus à quo sit substantia, siue non; cum & accidens in substantiam verti possit: puta quantitas colorata in lignum, si destructa quantitate colore eius in lignum transferatur. Sic *accidentalis* pariter erit conuersio modo terminus ad quem sit accidens; siue pro termino à quo habeat substantiam, siue accidens; nam talis fiet, si lapidis v. g. conuertatur diuinitus in albedinem relicta quantitate communi.

*Ad maiorem gloriam
I E S V , M A R I Æ ,
I O S E P H .*

RELIGIOSIS AC
PERERUDITIS DOMI-
NIS DEFENDEN-
DENTIBVS.

Olim sanctus amor binos coniunxit amicos,
Par est amicorum fabula tota fuit.
Ternos nunc video dilecta compede stringi,
Siccine productus tempore crevit amor?
Cur ergo vobis rerum productio pugna est?
De quo pugnetis nil nisi prostat amor.
Nunc in vos si quis doctos produxerit arcus,
Vulnus non faciet, quod nisi ferret amor.

Amoris erga

E. Simon Steidle Cæsariensis, Phi-
losophiæ Baccalaureus, Physi-
ces & Mathematicæ Stu-
diosus..

AD EOSDEM RE.
LIGIOSOS DEFEN-
DENTES.

*E*cerebro tandem preclusa scientia rumpit,
Quaq; latens tacuit, iam generata canit:
Nempe nihil gigni, sic cui corruptio desit,
Nil quoq; corrumpi, ni generare iuuet.
Quicquid in orbis latet, generatur, & inde re-
cedit,
Prater olympifero pectora fixa Deo.
Hinc benè fixistis, superest generatio, nempe
Vnde perit mundo, gignitur inde polo.

Honoris & amoris ergo

F. Jacobus Iäger ad S. Crucem Da-
nubiovverdæ Professus Meta-
physices, & Mathematicæ
Studioſus.